

1672.

~~1769.~~

1. Caldas, Johanna Adamus: De creditis
 2. Gestel, Christianus: De proceum controverso variisq.
remediis juris et censuris practicozum
 3. Kob, Joann. Fredericus: Jus ornamentationis (valde
class. Baar Recht).
 - 4^a Martini, Ludovicus Guentherus: An legatum debiti p^{er}ari
creditori absq. intercurio elictum utile ac validum
si? 2 Sumpl.
 - 5^a Scheffer, Philippus Emeritus: Remedium fori deeli-
natorum per juramentum p^{er}sonarum. 2 Sumpl.
- 1672 et 1704.
6. Textor, Joh. Wolffgangus: De plenitudine potestatis.
 7. Textor, Joh. Wolffgangus: De corpore delicti in ho-
micidio
 8. Nsleberus, Johannes: De scriptitate utriusque sexus.
 9. Wagenreit, Jo. Christophorus: De conventibus deputatis.
nam . . .

1673.

1. Feltinger, Joh. Paulus: De modis perveniendi ad implerem. 5
- 2^{us} Nossitz, Joh. Christianus: De titulo traditionum convalescente. 2 Exempl. 6
3. Tatzelius, Joh. Christianus: De interesse reipublicae seu utilitate publica alios ratione status legali. 7
4. Textor, Joh. Wauffengus: De judiciis delegatis vel commissariis, quos vocant, et assessoribus. 8
5. Textor, Joh. Wauffengus: De obligatione ex voto.

1674.

1. Hammer, Georg Richards: De consensu conjugali.
2. Hammer, Georgius Richards: De actibus fiscalibus in corpore juris expressis
3. Hammer, Georgius Richards: De obligatione ex jure pietatis paternae

1674

4^{te} Linck, Hieronimus : De Calendaris. 2 Exempl.

5 Linck, Hieronimus : De interuentione furto, tum diurni,
tum nocturni


6^{te} 6^{te} c. 2 Nehring, Johannes Lyrius : De privilegiis pastorum
4 Exempl. 1674, 1700, 1717 et 1734.


7. Seiter, Fr. Rudolphus : De excommunicatione testium ad perpetuam
rei memoriam.

8. Ebner, Fridericus Guilielmus : De titulis Imperatoris eius-
que insignibus.

1. ...
2. ...
3. ...
4. ...
5. ...
10. ...
1. ...
2. ...
3. ...







8007.

3

59

1672

3

J. F.
JUS. CRUENTATIONIS.
 (vulgò das **Baar-Recht**)

MAGNIFICI. JC^{TORUM}. COLLEGII.
 AUTHORITY. ET. DECRETO.
 IN.

ALMA. NORICORUM. UNIVERSITATE.
 PRO. CONSEQUENDA. DOCTORALI.
 LICENTIA.

SOLENNI. VENTILATIONI. EXHIBET.
JOANNES. FRIDERICUS. ROB.
 NORDLINGENSIS.

D. I. JUL. ANNO M. DC. LXXII.



ALTDORFFI.

TYPIS. HENRICI MEYERI, UNIV. TYPOGR.

h. f. d.
und...



J. E. J.
HIS ORATION
MAGNIFICENT
ALMA MATER
PRO. CO...
FRIDRICH...
HAMBURG





BENIVOLE LECTOR.

Rem Tibi gravem pariter ac frequentem offero ac propono, nec enim hîc locus agendi de glande, ut ajunt legendâ, aut Sticho Legato, sed de humano, qui æstimationem recipit nullam, sanguine Quæstio vertitur. Anxiè enim inter Doctores controvertitur de profluente ex cadavere Occisi aliquo de Homicidio suspecto accedente, largo cruore, nec ejus causa facile patet: Aliam enim assignant rationem Physici & Medici, aliam dant Jcti. Sicut nec inter Hos penitus convenit, an ejusmodi effluxus pro Indicio ad Torturam sufficiente declarari possit. Quid hâc in re sentiendum, quidve statuendum hoc loco paucis disquirere placuit. Ne autem sine certâ methodo per vastum, ut dicitur, agrum in eâ versari videar, Dissertationem hanc in duas dispescam partes: quarum Prior causas, ob quas cadaver coram Occisore Sanguinem emittere soleat, simul an ejusmodi effluxus Sanguinis verum arguat Interfectorem? inquiret.

A 2

Poste-

f. f. d.

Posterior verò, an sufficiens promovendi ad Torturam Indicium sit, explanabit. Quandoquidem autem tum demum benè Univerſa geruntur & competenter, ſi Rei Principium fiat decens & amabile DEO *Novel. 6. pr.* Hinc Te, ô Æterne DEUS, qui Fons & origo omnium Bonarum Artium, atq; ſic & Juſtitiae es, quâ præter Te nihil majus extitit *Novel. 164.* invoco, huic meo Labori auxilium Tuum annuere, adesse & præſſe ne dedigneris.



PARS PRIOR.

Theſ. I.

Multi inveniuntur, qui quoties prodigiosus ſeſe obtulerit effectus ipſorum captum lupe- rans confestim ad occultas confugiunt Qualitates; Ignorantiæne an negligentiae cauſa equidem non dixerim. Certum quidem eſt multarum rerum cauſas deliteſcere & eſſe abſtruſas, promiſcuè autem omnium, quæ primâ fronte non nihil difficultatum præ ſe ferunt cauſas occultarum Qualitatum in volucro obtrudere velle, minimè probatur.

II.

Hujus rei Teſtimonium præbere poteſt caſus noſter, eſſus ſcilicet ſanguinis ex cadavere præſente Homicidâ. Sunt enim, qui omne id virtuti ſupernaturali & divino Judi-
cio

cio adscribunt, quasi admiranda signa ejusmodi interfecto-
rum corporibus divinitus indita essent, ut Autores cædis præ-
cisè monstrarent. Qua in opinione versantur haud pau-
ci Viri, corpora enim, inquit, mortua stillant cruorem,
cum ad ea accedit Autor cædis. Quibus assistit *Bodinus lib. 2.*
Dæmonomania c. 3. notavit, ajens, antiquitas, & Plato scripsit
lib. 1. de LLbus. animas eorum, qui occubuerunt in occiso-
res insistere, *vid. Jac. Menoch. lib. 2. arbitr. Jud. quest. cas.*
270. n. 18.

III.

Ad tuendam ipsorum sententiam in medium proferunt
sequentes potissimum rationes (1.) quòd anima lateat in
sanguine *Gen. 4. ibi: Vox Sanguis Fratris tui clamat ad*
me de Terrâ. (2.) *Pf. 78. ibi: Ultio sanguis servo-*
rum tuorum, qui effusus est, introet in conspe-
ctu Tuo gemitus compeditorum. It. *Proph. Habac.*
cap. 2. vers. 10. & 11. Matth. 23. vers. 35. (3.) Proferunt illud
Augustini dicentis: Animabus beatis in Cœlo Deum
videntibus inesse quendam naturalem appeti-
tum administrandi corpus, quo retardentur, ne
totaliter ferantur in Deum.

IV.

Ast hæ rationes tantæ non sunt, ut ullum assertioni ro-
bur & fundamentum addere valeant. Quod enim dicunt
(1.) Animam latere in sanguine, adducto *capite 4. ex Gen.* id
metaphorikòs dictum esse & lippis & tonsoribus constat;
quis enim unquam sanguini propriè clamorem attribuet, &
eo tantum significatur, Deum etiam occultissima videre sce-
lera,

f. f. d.



lera, & tandem etiam eadem graviter vindicare. Nec (2.) obstat *Pf. 78. & reliqua loca*, cum enim de conscientiarum furiis & perturbatione animi malè sibi conscii agant, arguendi in contrariam sententiam vim habent nullam, siquidem ut motus ille animi sanguinem moveat alieno in corpore frigido naturali rationi consonum non est. Denique (3.) illud Augustini nil movet. Licet enim animæ separatæ aliquod habeant desiderium, non tamen illud desiderium circumerrandi cadaveri inde inferri potest, sed potiùs desiderium ad sui cum corpore redunionem, ut iterum ipsi unita perfectâ fruantur intuitione.

V.

Nec est quod quidam Doctorem hunc in modum argumentetur: Sanguinis effluxus est vel naturalis, vel supernaturalis. Non supernaturalis per ea quæ jam tradita sunt. E. naturalis, & ejus causa erit semper una & eadem, & semper cadaver præsentem Homicidâ effundet sanguinem, quæ causa cum Judicis ingenium excedere nequeat; facile apparere, dicit, talem omninò esse, quæ ipsum de Homicidâ verosimiliter informare possit. Verùm enim verò simpliciter & absolute hujus rei causam quandoque naturalem esse posse affirmo, sed eam semper talem esse nego: Nec procedit: causa hujus effluxus est naturalis, Ergò semper una eademque erit, atq; semper præsentem Autorem sanguinem fluere necesse est. Certum equidem est, quod sanguis venis insideat & includatur, quamdiu verò venæ sanguinem retinent, nullus fluit; Apertis verò venis sanguis quoque fluat, necesse est, & quidem per vias, per quas facilimè potest. Si igitur venæ ductum suum habent ad vulnus, ex vulnere sanguinem proflue-

fluere ratio adest. Fieri autem potest, ut quamvis per vulnus aperiantur meatus sanguinis effluxum promoventes, attenuen vel sanguis in crumos concretus, vel sanies iterum obstruant illos meatus, & sic retineatur sanguis, donec vel aliqua agitatione & commotione cadaveris, vel caliditate extrinsecus adventante, & per poros ad usque obstructionem meatuum penetrante, vel alias etiam ob causas denuò fiat resolutio obstructionum, & sic sanguis hæctenus retentus prorumpat. Fieri hinc potest, ut ad præsentiam Homicidæ interdum erumpat sanguis è cadavere occisi, interdum verò non erumpat, pro conditione scilicet causarum, quæ vel in actu causandi ponitur vel non.

VI.

Sæpè itaque ac sæpiùs fit per accidens, ut præsentem Reo & Homicidii vero autore effluxus hic proficiscatur à causis naturalibus, cum quarum effectu per accidens planè conjungatur notitia Homicidæ. Quoniam verò cum earum effectu per se conjungatur hic effectus, qui neque à causis intendebatur, neque esse suum accipit, fit ut ejus causæ per accidens appellentur. Cum enim verus autor cædis sibi maximè persuadeat, se prodi per tale signum, fit ut instinctu conscientiæ facinus fateri cogatur, atque sic non fuit effluxus hic vera causa hujus notitiæ, sed causa per Accidens.

VII.

Alii causam ad Antipathiam referunt allegantes illud Lucretii:

*Idq; perit corpus mens unde est saucia amore,
Namq; Homines plernmq; cadunt in vulnus & illam
Emicat in partem Sanguis, unde icimur icetu,
Et si comminus est, hostem rubor occupat horror.*

Ano

f. fl. d.

Antipathia, ut eam definiunt Physici, est aliqua Qualitatu in corporibus Naturalibus disconvenientia, ita, ut quo magis diversificantur Qualitates, eò major Antipathia inter corpora intercedat. Hinc evenire putant, spiritus in cadavere adhuc latitantes, præfente Homicidâ ita incandescere, ut iram, quam morientes conceperunt, & cujus species in ipsis superest, per sanguinis ebullitionem vindictæ cupidi in reum effundant.

VIII.

Ast nec hæc opinio probatur. Absurdum siquidem est dicere: posse in aliquo cadavere aliquem vindictæ appetitum remanere, præsertim cum anima absit, adeoque etiam potentia iræ & vindictæ causativa. Negatâ enim causâ, & ipse effectus negetur necesse est.

IX.

Sæpè alias ob causas fit, ut cadavera sanguinem emittere soleant. Exemplum refert *Dn. Besoldus in Thesaur. Pract. voc. Baar-Recht*, Gilbertus de Clara, Comes Gloverniæ maximis affecerat in juriis S. Thomam Herefordiensem in Anglia Episcopum, & quod Ecclesiæ jure ipse tueretur, ille invade- ret. Obiit interim diem suam Episcopus absens. Necessarii autem sui ad ejus Ecclesiam deferenda ossa prorsus carne ablata curaverant: mox ubi obvius est factus Comes, à puris, nudatisque omni carne ac sanguine ossibus plurimus manavit sanguis. Id conspicatus Comes terrore concussus, poenitentiaque ductus Ecclesiastica Jura omnia à se invasa restituit. E. si vera Historia est, homicidium à Comite nullatenus commissum, non potuit causa esse effluxi sanguinis.

X.

Videmus etiam cadavera nonnunquam stillare sanguinem etiam eorum, qui vel ruinâ ædium sunt oppressi, vel quos

quos apoplexia sustulit, aut suffocati sunt in aquâ. Mirum ergò non est, si vulneratus lethaliter primò vel sequentibus proximè diebus cruentat, præsertim cum digiti in vulnus immittantur; & ex illo actu aliquid proveniat sanguinis.

XI.

Aliis aliud videtur, & ut argumenti hujus certitudinem vel probabilitatem firment, adferunt, Magneti naturâ insitam esse vim attrahendi ferrum, etiamsi nos causam naturalem expiscari non valeamus; Eandem ergò esse conditionem cadaveris putant humani, cruorem in præsentia Homicidæ ex vulneribus egerentis. Verùm cum notissimum sit, vim Magnetis esse naturalem & perpetuam, id est, semper talem, malè ab eo argumentum infertur ad comprobandam causæ hujus certitudinem sive verisimilitudinem incertam.

XII.

Manet itaque, causam hujus Fluxûs vel Stillicidii non unam esse, eandemque. Quandoque enim singulari providentiâ divinâ per ejusmodi stillicidium occisi conscientia tangitur, ut se autorem confiteatur. Quandoque diabolus permittente DEO, ita illudere Judicibus, ut innocentissimos subjiciat supplicio, maximè si non aliæ diligenter perpendentur circumstantiæ, hâcque ratione superstitionem hominum opinionem fovere potest. Quandoque suas habet naturales causas, non verò unas ut supra dictum. Hæ verò, cum earum ratio investigari possit; Priores autem Judicis ingenium excedant, nec ipsum de vero Homicida tutò informant; Sequitur effusum sanguinem minimè autorem cædis arguere. Et licet, nonnunquam talis effluxus habuerit aliqualem probationis rationem, id sanè factum est extraordinariè & fieri atque habere semper probationis rationem instanter nego.

B

PARS

l. f. d.

PARS POSTERIOR.

Thes. I.

Facile ex his jam positis conclusio colligi poterit ad Quæstionem: An cruor ex cadavere occisi aliquo de Homicidio suspecto accedente profluens sufficiens sit Indicium ad Torturam? Nimirum periculosam admodum esse Affirmativam. Tortura enim (quæ nihil aliud est, quàm interrogatio de Crimine adhibito corporis cruciatu facta, definiente ita *Nobiliss. Dn. Schnobel. Disput. ad π. 14. th. 25.*) teste *Ulpiano in l. 1. §. 23. de questionib.* cum sit res fragilis ac periculosa, quæ veritatem fallat, dum plerique patientia sive duritia Tormentorum ita Tormenta contemnant, ut exprimi veritas nullo modo possit: Alii tanta sint impatientia, ut quodvis mentiri, quàm pati tormenta velint. Hinc non sine discrimine, sed temperatè atque legitimè tormenta sunt adhibenda, quippe quæ Probationum reliquarum subsidiaria sunt *l. dictum 8. in princ. junct. l. seq. D. de Quæstion.*

II.

In transitu quasi h. l. notandum, minùs rectè sentire nimium meticulosos qui vigore *cit. l. 1. §. 23. de Quæstionib.* Tormenta penitùs abjiciunt, & è Republica abesse debere clamitant; cum è contrario pleraque crimina isto medio manifestentur, imprimis ea, quæ facti sunt transeuntis, ut sunt sodomia, adulterium, veneficium &c. Imò ipse *Ulpianus in d. l. 1. §. 23. in pr.* disertè dicit, quæstioni *non semper* esse habendam fidem. Ergò aliquando, quando scilicet ritè instituitur, Conditiones autem sub quibus Tortura admittenda est exactius definit *Nemesis Carolina.* Tortura itaque utile ac justum
Rei-

Reipublicæ quærendi veritatem ex sceleratis medium est pronuncian-
dum.

III.

Ut verò indagandæ Veritatis gratiâ Quæstioni locus pateat, indicia (si Reus non sit confessus nec convictus) adsint credibilia seu verisimilia, quæ Nostri proxima appellant duobus ad minimum testibus suffulta. Tunc enim ratio Torturæ habetur, quando Reus verisimilibus, probabilibusque oppressus est argumentis, quæ ex aliqua extrinsecâ ac nobis cognitâ causâ profiscuntur *l. cum cognitionaliter 3. & l. Milites. 8. §. unic. C. de Quæstion. l. unius. 18. §. 1. & l. Maritus. 20. post med. D. eod. vid. ordin. Crim. Car. V. art. 20. ibi: daß ohn redliche Anzeigung niemand soll peinlich befragt werden / Item art. 22. Es ist auch zu mercken / daß niemand uf einige Anzeigung / Argwohn / Waarzeichen / oder Verdacht endlich zur peinlichen Straff soll verurtheilt werden / sondern allein peinlich mag man darauf fragen / so die Anzeigung gnug ist / dann soll jemand endlich zur peinlichen Straff verurtheilt werden / das muß aus eigem Bekennen oder Beweißung geschehen / und nicht uf Vermuthung oder Anzeigen.*

IV.

Hinc Indicium nostrum cruentationis cum sit admodum debile, & ut suprâ dictum proveniat vel ex causis homini etiam sapientissimo incognitis, vel naturalibus valdè remotis, inter sufficientia ac legitima Torturam promoventia indicia nequaquam refero. Priori enim casu; aut occulta DEI actione regitur, quia verò causa hæc tanquam occulta & nobis incerta, neque etiam catholica & generalis, satius erit, ne Judex sine aliis Indiciis hanc solam actionem sequatur, quippe cum Responfa divinatoria Jcti vitare debeant *l. si fidejussores §. si cum debitor D. Mandati. l. si putator D. ad L. Aquil.*

B 2

Aut

l. f. d.

Aut Dæmonis alicujus illusionibus cursas ille cruoris move-
tur, nec tunc pro idoneo Indicio declarari potest; præsertim
cum & hoc valdè dubium sit ac incertum, DEI an dæmonis
instinctu id fiat. Posteriori casu cum suas habeat rationes
Physicas valdè remotas, ut dictum, idem statuendum est.

V.

Nec remoram injiciunt qui de Praxi testantur multos
reos hoc remedio è medio esse sublatos. Etenim & infantes
hoc remedium in capitis periculum adducere potest. Satius
verò erit, impunitum relinqui facinus nocentis, quàm inno-
centem damnare *l. absentem. s. in princ. D. de Pæn.* Alias & i-
pse fateor, idq; Historiæ satis demonstrant, nonnunquam in-
veterato hoc inquisitionis remedio multos Homicidas non
absque justo ultionis divinæ argumento accedentibus aliis
suspicionibus, indiciisque fuisse convictos, & justo supplicio
sublatos.

VI.

Hujus rei è pluribus Exemplis miraculosum referre licet,
quod habet laudatus Besoldus in suo *thesaur. pract. voc. Baar-
Recht.* Casus ad Facultatem Juridicam Tubingensem von
Wertheim aus Francken allatus sic se habet: Nachdem auf fleis-
sige inquisition sich der Thäter nicht befinden / oder angeben wol-
len / ist man deßwegen verursacht worden ein Baar-Recht anzu-
stellen / bey solchem hat Nicolaus und Balthaser kein Zeichen an
dem Körper / welcher albereit 36. Stunden ermordet gewesen und
theils in einem Gewölb / theils etlich Stund vor dem Actu unter
freyem Himmel bey zimlich kaltem Wetter mit aufgedeckter Brust
und Bauch gelegen erweisen wollen / und sind beyde auf ihrer ersten
Ausfage satis confidenter verharret. (NB. Es haben vier auf
Entleibten gewartet / da der Entleibte mit einer Hellenpart kom-
men / sind obvermeldte zween hinweg gelauffen) Auf Fürführung
des

des Jörgen/ hat der Körper aus dem Mund blutigen Schaum gegeben. (NB. Dieser ist præsens geblieben / da der occisus gestochen worden / hat aber nicht Hand angelegt:) Nach dessen aber und Fürführung Claussen des Wächters (welcher ratione officii und auf fordern zugeloffen/ auch Fried machen wollen/ und den Entleibten seine Hellenpart genommen) hat gedachter Körper aus der Wunden Blut gegossen/ und solche (welche über das Herz gewesen) nicht anderst gebebet/ als wann das Herz noch lebte. Dessen ungeacht hat gedachter Wächter die ihm angehaltene formulam juris jurandi drey mal geleistet/ (NB. Er hat (1.) zween Finger auf des Entleibten Mund/ zween auf den Stich/ und drey auf dem Nabel gelegt/ auch dem Pfarrer/ so ihm seines Gewissens erinnert nachsprechen müssen) die That aber nicht bekennen wollen. In Gegenwart Lorenzen/ mit welchem der Entleibte/ da er den Stich bekommen/ zu thun gehabt/ und gerungen / hat der Körper blutigen Schaum aus den Mund abermahl gegeben / sowohl auch etwas Blut aus den Wunden. Folgenden Tags hat der Wächter sich selbst zu einem Thäter angegeben.

VII.

Ex quo obiter observo vulnus, corpusq; mortui gradus culpæ observasse. Dann da der Jörg præsens gewesen / ist recht natürlich roth Blut aus dem Mund geschäumet/ (NB. dieser war fast der Anfänger des Handels; Ergo hat der Mund ex rancore geschäumet/ sed non vulnus, weil er nicht der Thäter) da der Wächter gegenwärtig / hat sich bey dem Mund nichts ereignet. Da er aber die zween Finger auf die Wunden gelegt / ist recht natürlich Blut daraus über der Seiten geloffen / daß der Chyrurgus solches hat weckwischen müssen. Da er zween Finger auf dem Nabel gethan/ hat die Wunden wieder ebullirt/ aufgejoren und gezuckert / gleichwie die Puls-Ader schlagen. Der Lorenz hat mit dem Occiso gerungen/ im nachsprechen ist dem

h. f. d.

Sodten blutiger Schaum zum Maul ausgehlossen / als er auf die Wunden die Finger gelegt / hat die Wunden wieder gezucket / und sich gereget / da Lorenz ab geschieden / hat sie nicht mehr gezucket.

VIII.

Sic Paris de Puteo, quem refert Henricus Bocer. *in suo tract. de Quæstion. & Tort. cap. 1. n. 21.* recenset, simili ferè modo ita contigisse in quodam Ægyptiaco; Nec non Romæ, tempore quo fuit occisus Cardinalis Sancti Marci contigit, ut occusus in conspectu occisoris Sanguinem emisit. Idem narrat Gomez, *Tom. 3. comment. cap. 13. n. 15.*

IX.

Plura Exempla si Instituti ratio & tempus permitterent, in medium proferri possent. Si verò plura curiosus Lector desiderat, adeat *Cantipratanum lib. 1. mirac. c. 12. §. 2. Dn. Besold. dict. Tract.* Quæ verò cum ita sint, ex iis tamen minimè colligere licet, ea semper esse talia ut superius demonstratum, cum in contrarium Exempla proponi possunt, quibus observatum fuit, nonnunquam cadavera occisorum præsentem Auctorem nullum penitus edidisse signum; testis est *Dn. Besold. dict. Tract.*

X.

Stat itaq; firmiter: Cruentationem hanc inter Indicia ad Torturam sufficientia recenseri non debere. Tota enim illa probatio cædis (verba sunt Camerarii Archiatri Norici) per αιμαλόδειξιν videtur esse singularis και θεϊόνη. Hinc rectissimè responderunt Scabini Lipsiens. teste *Carpz. Prax. Crimin. p. 3. q. 122. n. 28.* ad requis. *SS. M. Jan. Anno 1606.* Ob nun wol darauf des Entleibten Körper / so allbereit gar kalt und starzend gewesen / wie derselbe für Gericht getragen / und die drey Gefangene für ihn gestanden / aber ihn nicht angreifen wollen / an den empfangen

pfangenen Schaden von neuen gar frisch Blut zu bluten angefangen / und so lange / als die Gefangene darbey gestanden / geblutet / ungeacht / daß das Blut / so aus der Wunden gelauffen / abgewischt worden / welches aber hernach / so bald die Gefangene vor Gericht abgetreten / sich gestopffet. So mag doch derowegen in Mangel anderer kräftigen Indicien wider die drey Gefangene noch zur Zeit nichts peinlich vorgenommen werden. B. N. W. 26.

XI.

Nec Sententiam nostram infringit, vel obstat Autoritas Gentium. In Italiâ enim rationem hanc diu viguisse, nec omninò defuisse recenset Magnus ille Polyhistor. *Conringius in disquisitione Politicâ de formâ Judiciorum in Republicâ rectè instituendâ §. 16. §. 265. & §. 294.* Sic quoque de more ac consuetudine hâc haud in Paucis Germaniæ Provinciis testatur *Bernhard. Zieritz. ad artic. Consist. Criminal. Carol. V. 194.* Est & alicubi (ut ipsius verbis autar) in Germaniâ mos, ut vel ad requisitionem Amicorum ac Propinguorum Amici vel ex officio Magistratus ii, qui conflictui interfuerunt, & de admissio Homicidio suspecti sunt ad mortuum perducantur, cum de Autore cœdis dubitatur, & digitos vulneribus applicent verbis utentes conceptis, an sic fortè verus Homicida, si nimirum vulnus tactum sanguinem emittat, manifestari possit. Verum enim verò rectè Autoritati harum Gentium aliarum Gentium Autoritas maximè opponitur, apud quas hoc probandi genus usu non est receptum. Nec multitudo ac autoritas errantium errori patrocinium præbere & potest, nec debet.

XII.

Minus obstat Infallibilis experientia: Nunquam enim, objiciunt, legitur sefellisse, imò centum per hoc probandi Genus damnatos fuisse. Verum cum assertio eorum in facto con-

h. f. d.



consistat, nec facile probari queat, meritò de Universalitate dubites. Sed fac complures fuisse ita condemnatos, inde tamen nondum sequitur, quod sequi debebat. An enim factum fieri implicat? Nec insuper firma est consequentia: Cadaver occisi Præsente Homicidâ emisit sanguinem; Ergò est indicium, & quidem sufficiens promovendi ad Torturam, quod posterius minimè inde probatur. Animadvertitur simul vitium argumenti, dum Consequentia ista ab Exemplis deducta procedit tantùm à particulari ad inferendum Universale, qualis consequentia nulla est.

Atq; Hæc sunt, Lector Benivole, quæ im-
præsentiæ de hâc materiâ conscribere volui,
imò nimiâ temporis angustia circumscriptus po-
tui. Quæ aliàs quantò usitator, tantò & plenior
pertractanda meritò fuisset. Tuum igitur erit,
serenâ hæc accipere fronte, ut & de iisdem non
nisi probè ponderatis judicare, vale & fave.

Τῷ Θεῷ Δόξα.

COROLLARIA.

- I. *Probatio Sagarum per Aquam frigidam verè frigida est.*
- II. *Pœna suspendii Juri & equitati quin consentanea sit non dubito.*
- III. *Electo absens in eligendo Rege Romanorum vel Imperatore per literas votum suum mittere nequit.*
- IV. *Idem sine Juris solennitatibus Testamenta condere nequit.*
- V. *Quanquam Divisio Feudorum prohibetur 2. Feud. 55. §. 1. v. Præterea Ducatus; Huic tamen Constitutioni, quin per contrariam consuetudinem derogari possit, nullus ambigo.*
- VI. *Legitimos per subsequens Matrimonium in Feudis succedere, adeoq; statuto excludente Fœminas extantibus Masculis legitimis contineri, verius est.*


F I N I S.

Aldorf, Diss., 1672/74

(x 261 2998)

VD17





59.

1672 3

3

J. F.
SENTATIONIS.
(das Saar-Recht)
I. JC^TORUM. COLLEGII.
TATE. ET. DECRETO.
IN.
CORUM. UNIVERSITATE.
QUENDA. DOCTORALI.
LICENTIA.
ENTILATIONI. EXHIBET.
FRIDERICUS. Rob.
RDLINGENSIS.
.. ANNO M. DC. LXXII.
✱.....✱
ALTDORFFI.
CI MEYERI, UNIV. TYPOGR.

f. f. d.

